



**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Regvla. XI. Accuso damno, moneo contraria laudo, Criminis aut pœnæ, vel
laudis habento secundu[m], Aut sexum, sed Valla dedit tantu[m]modo
sexto, Altero & ambobus, neutro uel utro uel utroq[ue].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Accuso damno, moneo contraria laudo,
 Criminis aut pœnæ, vel laudis habento secundū,
 Aut sextum, sed Valla dedit tantūmodo sexto,
 Altero & ambobus, neutro uel utro uel utroq;

Accusandi, damnādi, monēdi, & laudādi uerba atq; horū cōtraria, regunt ablatiuū uel genitiuū criminis, pœnæ, laudis, uel alterius rei cuius q̄s accusat &c. ut accuso te furti uel furto, dāno te capitis, moneo te debiti. Laudo te uirtutis, uel capite, debito, uirtute. sic contraria, ut absoluo te furti. Verba huius regulæ sunt, absoluo, accuso, & pro hoc ago, alligo, arcesso, id ē accuso, arguo, redarguo, admoneo, calūnior, carpo, castigo, criminor, cōmendo, cōmemoro, cōmonescio, cōuinco, cōsulo, corripio, Dāno, cōdēno, excuso. Increpo, inculpo, insimulo, laudo. & pro hoc miror. Moneo, multo, admulto, noto, plecto, postulo, probō, punio, purgo, expurgo. Incusare non posuimus, quia Nebrissensis uetat, dicēs nō regere genitiuū uel ablatū significat em̄ alterius mores reprehendere, & plerūq; cum querela q̄ ab alio iniuria sis affectus. Qui dixerūt incusare minores tm̄, et accusant maiores tm̄, conuincunt ab authoribus, ut notauerunt Calepi. & Lanci. Cæsar in. i. Cōmentariorū. Omnīū ordinū adhibitis ad id consiliū centurionibus, uehemēter eos incusauit. Certe militibus suis maior erat Cæsar. Cor. Tacitus de Q. Claudio. Quū modo incusaret flagitia uxoris, nōne maritus maior est uxore? & alibi, Cōprobauere patres incusata antistitij licētia. Itaq; nō magis maiores q̄ minores respiciūt. Virg. de ænea in matrē. Talibus incusat &c. Cor. Tacitus. Intemperie cœli incusantes. Accusare est ondere aliquē peccasse, & proprie apud iudicē, & dicit ab ad & cuso frequētatiuo a cudo. Vide Calepi, Tullius pro Sylla. Qui alterū cōiuratiōis accusat. Aemilius Probus, accusatus hoc crimine, quia passiuā regūt casum huius regulæ, licet non accusatiuū, dicimus etiā accuso huius furta. Cic. lib. i. de orat. ad Quintū fratrem. Nam q̄ inertia accusas adolescentiū & accuso te de furto. Au. Gel. lib. xvij. ca. iij. Qua Timarchū de pudicitia grauius, insigniterq; accusaret. Et accuso illi apud illū, uel coram illo homicidij, capitis, n. elius q̄ in ablatō, ut notauit Cale. Aemilius Probus de Pausania, accusatus capitis absoluit, sic arguo te furti melius q̄ furto, teste Lanci. Arcessit capitis frequens est in rhetoribus ad Herenniū p̄ accusat. & em̄ accusare aliū est a maleficijs eū arce. ad eundē Herenniū. Arcessit cepio malefatis. & lib. ij. de offi.

5. m. fin.

Ne quē unq̄ innocentē iudicio capitis arcessas. Moneo, admoneo, pro hortor dicit regere duos accusatiuos. Terē. Ridiculū est te istud me admonere Clitipho, significat etiā admonitiōē uel memoriā facio, & regit accusatiuū cū genitiuo, uel ablatiuo sine p̄positiōe, uel cum p̄positione de, ut admoneo te debiti, debito & de debito. Man- cinel, est testis ex quo plurima sumpsim⁹. Salu. in Iugur. sed quoniā tantū uiri tēpus admonuit. Quintili. Gramaticos sui officij cōmone- mus. Plī. in epi. rei admoneor. Ouidi. i. trist. Ocia delectent admone- antq; mei. Tibul. li. i. Admonuit dñe destituitq; Venus. Tulli. li. iij. epi. Putaui ea de re te esse admonendū. Terē. Habeo pro illa re illū quo moneā probe. Absoluo. i. libero. Cice. li. ij. ad Herē. Cęcilius iu- dex absoluit iniuriarū illū qui L. Actiū poetā in scēna nominatim lęserat. Plī. lib. xiiij. Inuenimus Egnati uxorē cum uinū bibisset e do- lio, interfectā fuisse a marito, eūq; cędis a Romulo absolutū, signifi- catq; & alia absoluo, sed nihil ad hūc locū, neq; em̄ uocabulorum si- gnificātiā, sed regimīna & cōstructiones docere nūc uolumus, agō te repetundarū pro repetendarū, quod sępius fit in tertiā, ut faciundum, diuidundū &c. Dicit̄ etiā repetundis, nec habet plures casus, et significat ad res repetēdas, quo significat̄ principi aut populo erepta esse uel pecorū, uel hominū, uel locorū ac terrarū, agrorūue corpora. Plau. Qui alterū inculsat probri ipsū se intueri oportet, hoc est cōtra Nebrissen. ut patuit. Teren. Hic furti se alligat, id est astringit, obnoxiiū facit, quia alligare, pprie significat ad aliquid ligare. Colu. lib. iij. Arbusinā uitē anteq; putes alligare diligēter oportet. Per tra- lationē alligari dicit̄ astringi, obnoxiiū fieri. Plau. in Penu. Furti se astringit. Arguo. i. accuso, impūto, rephendo melius genitiuū habet q̄ ablatiū uti & alia serm. e. Cice. lib. ij. ad Heren. Si quisq; furti ar- guat &c. In Genē. Certe mendaciū nos arguere non poterit. Plau. Et ecclū uideo qui me miserā arguit stupri, dedecoris. Sine genitiuo uel ablatiuo. Laſā. lib. iij. Tui ergo te libri arguūt, pprie significat ostē- dere. Virg. Degeneres animos timor arguit. Argumētari est qd' uul- gus imperitiū dicit arguere. Calūniar, id est falsum crimē intendo, et mēdacis uincendi causa aliū uexo, & regit accusatiuū cū genitiuo, uel ablatiuo dicit̄ cōstrui, ut accuso, sed non succurrit mihi exēplū, nec de Carpo. Martia. Carpere uel noli nostra, uel ede tua, nec de ca- stigo, quod significat uerbis rephēdo, quasi castū, id est honestū ago. Virgī. Hic grauis entellū dictis castigat acesces. Criminor tibi, uel apud te Petrū furti. Terē. Hanc metuo ne me criminareē tibi. Hiero. Qui alterū mēdaciū criminariis. desinas ipse mētiri. Cōmendo nō ha- beo testimoniū nisi quod aliq. his addiderūt, ut laudo quod forte ge-

Ioannis Despauterij Niniuite.

nitium habet in euangelio, ubi dicit. Laudauit dñs uillicū iniquitatis
 Conuincio te furti aut furto, ait Nebrissen. Cōsulo te boni, dixit Ma-
 crobius. Corripio, id est rephendo, significat & alia, ut alibi declaro.
 Dāno, id est dāno afficio, unde indēnis qui nullo afficitur dāno.
 Quī de peccato agit regit casum huius regulę. Cice. li. iij. ad Herent.
 Maiores nostri si qñ peccati mulierē dānabāt &c. Et li. i. Tusc. Capi-
 te dānatos morte multauit, hic habet ablatiuū. Virgi. Multatā tristi
 morte camillā. Curti. li. ij. Is quoq; insulas p̄sidijs occupat, pecunia
 multat. Virgi. Q; si perdiderim patria multabor, id est priuabor, in
 prioribus significat punio, condēno, sepius itaq; regit ablatiuū. Hie-
 ro. in Esdra cum duobus accusatiuis posuit dicens. Et multauit gen-
 tem argenti, talenta centū, & auri talentū unū. Etā significat lacerare,
 mutulare, uerberare, dissoluere. Teren. in Adel. Ipsum dominum
 atq; omnē familiā multauit usq; ad mortē. Colu. lib. ij. Quo euenit
 ut in iteratione quoq; scamna fiāt, & boues iniquitate operis maxis-
 me multent. Multor aris, deponens idem significat. Sueto. in Aug.
 Neq; aut crebrius aut p̄sidiōsi⁹ rebellātes, grauiori unq; multat⁹ est
 p̄na, q̄ ut captiuos sub lege uenundaret, multa est solutionis p̄na.
 Hinc multatitius a. um. &c. Dāno cum accusatiuo tm̄ .i. culpo.
 Hiero. Quid igitur damnamus ueteres &c. Cice. lib. iij. Tuscu. Res-
 rum naturā q̄ errorē dānare uoluimus. uide Calepi. si plura cupis,
 dicimus etiā dāno te de furto. Cice. li. i. ad Heren. Lex uerat eum qui
 de pecunijs repetundis damnatus sit, in cōcione orationem habere.
 Idem Curioni, Quare si iniquus es in me iudex, condēnabo eodem
 te crimine. Idem Tyroni. Etā sceleris condēnat generū suū. Ouidi.
 Parce tuū uatē sceleris dānare cupido. Alligo cum ablatiuo. Plau.
 in Penu. Ita eum furto alligat. Arguo cum ablatiuo. Solinus circa si-
 nem. Peccato argutus. Hora. Dānatus longi Sisyphus laboris. Ter-
 rē. Si herū insimulabis auaricię, male audies. Plau. in Amphi. Neq;
 me perpetiar probari falso insimulatā criminis. Hypsiphile Iasoni.
 Utinam temeraria dicat Criminibus falsis insimulasse uirū. Boeti.
 Nam me iam horū secundo cōmemoras, significat autem insimulo
 accuso, crimē ingero. capit etiā pro simulo, id est id quod non est fin-
 go. Cice. lib. iij. offi. Solus neglexit fidem, furere insimulauit ne coi-
 ret institit. Assimulo idē. Simulatio que græce ironia, simulas, odiū
 Dissimulo, id est diligenter & astute celo & tego, ne quid nosci pos-
 sit uel intelliigi. itaq; fingere id quod est non esse. Item dicimus quātę
 pecunię dānasti. Tantę sūmę dānaui quātę postulasti. Liui. lib. xlvij.
 Sed nequa q̄ tantū relictū est quantę sūmę dānatus fuerat. Sic agi-
 tur ueneficij, dat p̄nā maioris aquę. Plecto te falsitatis aut falsitate

id est punio. Augu. de ciui. dei. Si omne nunc peccatū manifesta ple-
 teret pœna, nihil ultimo iudicio referuare putare. Multo te nequis-
 tie ago potius genitiuū habet, quia intelligi uideat ait Badius, ablati-
 uis actione. Excuso me furti uel furto. Hinc excusatio. Cice. Nulla
 est excusatio peccati si amici causa peccaueris. Excusare etiā est in ex-
 cusationē asserre. Liuius de Torquato. Oculorū ualitudinē excusat
 uit. Idem significat causer aris, uel non multo aliud. Postulo aliquā
 dō significat accuso, & querelā de alio apud aliquem assero, & sic re-
 git casum huius regulę. Sueto. in Cæsare. Consularem uirū repetun-
 darum postulauit. Et in Augusto. Qui postulabatur iniuriarū. Fre-
 quēs est in iure, ut insti. de suspēctis tutoribus &c. Noto te falsitatis,
 ut quidā aiunt. Cic. Boni ciues nulla ignominia notati. miror dicit
 Cale. cum genitiuo, datiuo & accusatiuo inueniri. de genitiuo Vir-
 gi. lib. xi. Iusticię ne prius mirer belline laborū, sed credo plures lege-
 re laborem. Ceterorū non occurrunt testimonia, uerū si quis autho-
 res diligenter euoluerit, facile Inueniet. Valla dicit aliqua esse quę in
 ablatiuo dītaxatponimus, ueluti si interrogas, accusatus ne esses fur-
 ti, an sacrilegij, an ueneficij: respōdebo neutro, altero, ambobus &c.
 non amborū, neutrius &c. cuius causa non uideat alia q̄ authorum
 frequēs usus, quia qua ratione in altero posset intelligi uitio, ita in al-
 tertus certe uitij. Philelphus. Se uitij damnat, uitium qui laudibus ef-
 fert. putet idem satis ex dictis. Igitur doctissimi semper imitādi sunt
 sine ratione potius q̄ indocti cum ratione, quantūuis forti, ut ipsi
 uidetur.

REGVLA. XII.

Verba uolunt sexto, precium sed pono minoris,

In patrio tantum, si non habeat sibi fixum,

Tum siquidem sexto, debet tantūmodo poni,

Huic tantū quanti, cum natis iungito pluris.

Attinet huc ualeo, quod raro dat sibi quartū.

Vilius & melius, peius uel carius emi,

Valla negat recte, dici per nomina posse.

Verba ad emptionē, uēditionē, estimationē, aut locationē p̄tinentia
 regūt precium aut rei ualorē in ablatiuis quarūcūq; dictionū, præter
 plus, minus, tantū, quantū, cū natis quantūlibet, quantūuis, quantūcūq;
 tantūde, q̄ in grō sine substantiuo ponunt, cū substantiuo in ablatō, præ-
 tertantūde q̄ ablatō caret, ut emi abs te equū decē aureis. & pluris. quā-
 tū emisti librū: sex obulis. hic cōiunctio necessario copulat diuersos.